



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aulularia Plautina co-,||moediarum lepidissima

Plautus, Titus Maccius

[Deventer], [ca. 1517]

Strophilus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71292](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71292)

Plauti

Ly. Ego ne vt te aduersum mentiar mater mea:

Ph. Perij mea nutrit, obsecro te, vterus dolet

Juno lucina tuam fidem, **Li.** hem mater mea

Tibi rem potiozem video, clamat, parturit

Eu. Ihac intro mecum gnate mi ad fratrem meum

Ut istuc quod me oras officium tibi impetratum ab eo auferam

Ly. Jam sequor te mater, sed seruum meum

Strophilum miroz vbi sit, quem ego me iusseram

Illic operiri num ego mecum cogito

Si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est

Ibo intro, vbi de capite meo sunt comitia

Strophilus

Dei diuitijs qui aureos montis colunt
Ego solus supero, nam istos reges ceteros

Memorare nolo hominum mendicabula

Ego sum ille rex Philippus, o lepidum diem

Nam vt dudum hinc abij, multo illuc adueni prior

Multoq; prius me collocaui in arborem

Inde expectabam aurum vbi abstrudebat senex

Exfodio aulam auri plenam inde exeo loco

Uideo recipere se senem, ille me non videt

Nam ego modo declinaui paulum me extra viam

Stat eccum ipsum, ibo vt hoc quondam domum

Euclio senex. Lyconides adolescens

Derij, interij, occidi, quo curram: quo nunc curram:
Tene, tene, quem: q's: nescio, nihil video cecus eo atq;

Equidem quo eam: aut vbi sum, aut qui sum

Nequeo cuz animo certum inuestigare, obsecro vos ego mihi auxilio

Oro, obtestor, sitis, et hominem demonstratis qui eam abstulerit

Qui vestitu et creta occultat sese: atq; sedent, quali sint frugi **C** iij